

F. K. 65. 13

MEMORIAM

Z d  
4938

VIRI NOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE  
PRAECLARISSIMI

M. SALOMONIS RANISCHII

PROFESSORIS IN ILLVSTRI GYMNASIO FRIEDE-  
RICIANO ORDINE PRIMI

SOCIETATVM LITERARIARVM GERMANICARVM REGIOMONTANAE IE-  
NENSIS ET ALTDORFINAE, NEC NON LIBERALIVM ARTIVM  
LIPSIENSIS SODALIS

DIE 29. APRILIS A. C. MDCCLXVI.

BEATE DEFVNCTI

COMMENDATIVI  
ET AD AVDIENDAS BENEVOLE

VIRORVM NOBILISSIMORVM, AMPLISSIMORVM ATQVE  
PRAECLARISSIMORVM

M. SAMVELIS BENIAMIN  
REICHELII

ET


M. CHRISTIANI FRIEDERICI  
BOERNERI

ORATIONES INAVGVRALES

INVITAT

IO. CASPAR REVCHLIN D.

SER. DVC. SAX. GOTH. ET ALTENBURG. CONSIL. CONSISTOR. ET  
SVPERINTENDENS GENERALIS.



ALTENBURGI,

IMPRESSIS LITERIS RICHTERIS.





MEMORIAM  
deo praecelare de re nostra literaria et publice et priuatim meritus est vir, dum viueret, singulari doctrina, pietate, diligentia, multisque virtutibus conspicuus, M. SALOMO RANISCH, *Gymnasium Fredericianum Professor, ordine primus*: vt memoria eius quemadmodum posteritati, ita praefertim successoribus in munere publico, et scholasticae iuuentuti summo iure commendanda videatur. Ego

certe, qui illo familiariter vsus sum, et e quotidiana fere consuetudine hominis totam indolem intimius perspexi, quique in amicitijs, vt in omni vita, adulationem abominor, nullus dubito, quin RANISCHIVM nostrum, quem defunctum etiam pernacissime diligo, tanquam exemplum vitae a tenerris ad pietatem compositae, multis documentis providentiae diuinae, peculiarem egenorum curam gerentis, insignitae, et in rara admodum laboris patientia omnino transactae proponam. Natus erat Chemnicii d. 17. Nouembr. a. c. MDCCXIX, patre viro honesto, sed tenui, IO. CHRISTOPHORO RANISCH, suture, matre MARIA BARBARA nata SONNENKALBIA, quae nunc annis et aeternis fracta, viduitatis calamitatem filii morte adauctam tristissime lugeat. Pauper a parentibus genitus, duro admodum adolescentiae initio vsu ex eo praefertim tempore, quo sellulariam patris officinam linquere, et liberalibus disciplinis se totum dicere velle, intrepide declarauit. Pater enim, vir probus, sed seuerus, et per egestatem tristis, e suis tantum facultatibus filii sortem aestimabat, huncque domo quali eiecit, non verbera tantum, sed famem quoque, denegatis puero alimentis, comminatus, si in proposito persisteret, quod e vana superbia potius, quam ex arcano quodam diuino instinctu ortum existimabat. Nondum quippe providebat animo, se, olim senem, et temporum iniuria, inter patriae bello oppressae cladem ad incitas redactum, filii, in exera, sed vicina regione per eruditionem florentis, pia liberalitate sustentatum iri. Noster adolescentulus, cum expulsus e paterna domo videretur, praefertim patris coelestis opem laete et obstupescens expertus est. Exiit eum, sortem suam anxie deplorantem, cognata, HAVSCHILDIA quaedam, aurifabro nupta, victum, quem durus pater denegabat, benigne et liberaliter pollicita. Vbi res haec habitans in vicina viro amplissimo LANGIO, Iurisconsulto et Consuli Chemnicensi meritissimo, innotuit, ille vtro RANISCHIVM in suam quasi familiam adiecit. Adiunxit enim illum filio, aliquot annos natum minori: cumque ipse arthritico morbo identidem duro vexaretur, laeso addidit, quae fuit in eo cunctis vobis, quod praeciui non bonos libros, suoque in conspectu filiolum primis literarum et religionis elementis imbuti a RANISCHIO iuberet. Hic interim diligentia probisque moribus amorem publicorum in schola Chemnicensi doctorum, MVLERI, Receptoris, BELLII, tum Conceptoris, nunc Pastoris add. Ioann. GVHLINGII tum Diaconi, nunc Superintendentis summe venerandi, GAHRMANNI, Medici primarii et Consulis, sibi conciliauit, quorum innumera in se beneficia gratis praedicare nunquam cessauit. In illa iam aetate ita coepit vitae et studiorum rationes inire, vt olim in virili prouinciam doctoris scholastici cum laude sustinere posset, cui quippe et proprio motu et fautorum patronorumque, LANGII praefertim et GVHLINGII, consilio et hortatu destinabatur. Tribuit tempus omne adfiscendis germanicis, latinis et graecis literis, ita, vt degularet simul primis quasi labijs hebraeas et gallicas. In elaborandis progymnasmaribus, iuncto declamandi exercitio, singulare operam posuit. Instituit etiam cum selectis aliquot condiscipulis societatem, in qua diebus dominicis post finita sacra publica conuenirent, pensa a singulis elaborata sibi iniuicem praegerent, et amicae non minus quam seuerae, quanta inter adolescentulus esse poterat, censurae subicerent. Initis doctrinae solidioris laudabiliter instructus, e Chemnicensi schola in illustrem academiam Lipsiensem profectus est a. c. MDCCXL ineunte aetate, postquam publice de laudibus Ioannis Sacksi, sutoris olim, et vt tum erant tempora, poetae Noribergensis, declamauerat. Deo duce, virtute et honesta paupertate comitibus, vbi in florētissimam ciuitatem peruenit, insinuauit se statim viris celeberrimis, KAPPPIO, tum academiæ Reçtori, PLATNERO, ERNESTIO. Adiuus horum patrocinio, praeter stipendium Thielianum, quo Senatus Chemnicensis eum sub hac lege, vt scholasticis se studiis manciparet, donauerat, cum in Siluersteiniano inter tres designatos competitorum sortem iniquam expertus esset, Electorale obtinuit. Addidit huius pro singulari sua beneuolentia illustris PLATNERVS, ne rogatus quidem, Schmiedehammerianum, cuius conferendi potestas ipsi e consanguinitatis iure fuit. De paupertate securus, totus in disciplinas sacras aequae ac profanas incubuit. In philosophia BIRNBAVMIVM et ERNESTIVM praeceptoribus habuit. Huic etiam sedulus auditor in graecis et latinis literis adhaesit. CHRISTII scholas Plautinas et Suetonianas diligenter frequentauit. Eloquentiam germanicam sub SCHELLHAFFERO et GOTTSCHEDIO, eam, quae sacro suggestu inseruit, sub TELLERO excoluit. Historiam profanam e IOECHERI, literariam e KAPPII, ecclesiasticam e BEYERI praeflectionibus addidit. In theologia DEILINGVM, BOERNERVVM, HEBENSTREITVM, WELSIVM atque TELLERVM magistrōs veneratus est. Amplam virtutis et diligentiae mercedem mox in eo sibi obtigisse diuinitus, gratissimo pectore praediquit, quod scholae tum

Thoma



Thomanae meritisſimus Reſtor, nunc ordinis Theologorum et orbis eruditi ſplendidiffi-  
mum decus, celeberrimus ERNESTIVS ipſum in contubernium adſciuit, et ſtudiis  
moribusque aliquot adoleſcentum ſuae curae creditorum praefecit. Commigravit poſt BIE-  
N-  
GELSCHALLII, qui Senatui Lipſienſi ab Actis erat, filios viri in ampliffima ciuitate  
multis laudibus conſpicui informaturus. Benigne admodum et liberaliter hic habitus, non  
tantum docendo didicit, ſed opportunitam inſuper occaſionem nactus eſt, profeſſus in theo-  
logiſ acque ac elegantioribus diſciplinis feliciter augendi. Cum recte arbitrareretur, vitam  
academicam non in audiendis tantum doctõribus, ſed potiſſimum crebris in exercitationi-  
bus collocari debere, iunxit ſe ſodalem iis, qui ſub ERNESTIO latine, ſub SCHELL-  
HAFERO et GOTTSCHEDIO germanice, ſub TELLERO e ſacro ſuggeſtu  
declamabant. Sodalitatus etiam eorum, qui concionando in aede Paulina diebus lunae ſe  
priuatum exercet et *Φιλοζήτων* et *Φιλολογώντων*, HEBENSTREITIO et TEL-  
LERO praefidibus, eſt adſcriptus. Publice porro moderante ERNESTIO die 28. Apri-  
lis A. MDCCXLV diſputauit de *Lucae et Iosephi in morte Herodis Agrippae conſenſu*. Philo-  
ſophiae Magiſter poſt bidduum ab academia Wittebergenſi renuntiat, eodem anno natiuitatis  
Chriſti ſolenniter celebravit, oratione de *Maiestate Chriſti Seruatoris humiliter nati*. Edidit et-  
iam duas diſſertatiunculas lingua vernacula ſcriptas, vnam de *Eloquia medicis apud aegrotan-  
tes perutili*, KOENIGSDOERFFERO, qui nunc medicinam apud nos magna cum nominis  
laude et cum elogio medici ducalis facit, Altenburgum migranti, Schellhaferianae ſodalitatis  
nomine gratulatus, alteram, qua idem officium duobus inter Gottſchedianos commilitonibus,  
magiſtri titulum adeptis, exhibuit, et *Vindicias orationum ſunebrium apud Germanos uſitata-  
rum contra Mawillonium* egit. Excurrebat olim ſchola Chemnicenſi in vicinis, quae Anna-  
bergae, Marienbergae, Fribergae, Altenburgi, Zwickauiae et Dresdae florent. Similia nunc  
parua itinera Halam et Wittebergam ſuſcepit. Conſtituerat quidem RANISCHIVS  
vitae et fortunae ſedem Lipſiae ſigere. Sed aliter viſum erat ſupremo rerum noſtrarum  
arbitro. Vocatus eſt ſub initium veris anni MDCCXLVI Chemnicium, vbi ſpes ardebat,  
eum vel reuerendo Seidelio, Paſtori ad diui Ioannis, qui ipſum non ſtato tantum epitoſolarum  
commercio, ſed liberalibus etiam donis, quoad in academia vixit, honorauerat, aetatis vacatio-  
nem petenti, adiunctum, vel ſcholae Conreſtorem conſtitutum iri. Sed expertus eſt, vt  
non raro partium ſtudio accidit, fortunam in patria noueram. Lipſiam poſt ſex meſes  
reducem ſuis filiis magiſtrum dedit conſultiffimus MIRISCHIVS, Senatus Scriba prima-  
rius, quo potiſſimum ſuffragante duo competitorum noſtrum gradu depulerant. Poſt breue  
admodum duorum meſium interuallum alteram ſibi patriam praeter ſpem omnem et opi-  
nionem a proprio Numine deſtinatam eſſe Altenburgum, laetabundus cognouit. Quippe  
ab experientiſſimo KOENIGSDOERFFERO egregie laudatus. Conreſtoris munus obtinuit.  
Adiit illud oratione die 19. Ianuarii anni MDCCXLVII. cum applauſu habita, qua *Socratem  
boni praeceptoris exemplum* propoſuit. Stetit ipſe ſe talem a primis ſuſcepti muneris initiis  
vsque ad illius terminum. Neminem certe in obeundis diligenter omnibus et ſingulis deman-  
datae provinciae partibus RANISCHIO ſuperioerem, pauciſſimos pares fuiſſe, confidenter af-  
firmo. Innotuerunt igitur facile laudes doctõris ſcholaeſtici, vt eruditi, ita etiam aſſidui et fide-  
lis, qui inſuper mirifice admodum idoneus eſſet ſormandae ad morum ſanctitatem et caſtitem  
iuuentuti. Factum eſt inde, vt paſſim viri ſummo loco nati et illuſtri laude conſpicui, qui  
ſimiles ſibi vel filios vel cognatos adoleſcere vellent, illos deo fauente RANISCHIO  
praeceptorum et hoſpiti traderent, a quo mores primum, mox etiam liberales artes et elo-  
quentiam diſcerent. Fatebantur enim et aemuli et inimici, conſtare illius domui et ſcho-  
lae feueritatem, pudorem et caſtitem, iplumque adoleſcentibus in lubrico aetatis non praec-  
eptorem modo, ſed cuſtodem etiam et rectorem eſſe. Et cum in hac temporum licen-  
tiae nonnunquam paulo horridior quibusdam et durior videretur, nemo tamen ipſi laudem  
viri emendati et grauis dubiam facere ſuſtinuit. Adeo quidem elogium, quod Iulio Geni-  
tori PLINIVS Episto. L. III. 3. tribuit, RANISCHII imaginem quaſi exprimit. Sui  
itaque merito poſt beatum WEBERII obitum primi Profeſſoris gradum in Gymnaſio Friede-  
riciano obtinuit anno MDCCLI. Nouam dignitatem antiquis laudibus auxit, poſtquam  
aditiam ſermone *Thomae Reineſi in Altenburgum merita* extulerat. Cum ſcholae ſa-  
mam plurimum et celebritate et diligentia magiſtrorum pendere cenſeret, qui editis in  
publicum ſcriptis innotefcerent, tempus omne, quod ab iniunctis laboribus liberum erat,  
eruditus lucubrationibus impendit. Nec recuſauit interdum in tenui etiam argumento la-  
borare, tenuem quamvis inde gloriam, minimumque lucri ſperaret. Edidit igitur praeter  
multa carmina, vel ſuo vel aliorum nomine ſcripta, ſubinde mox proprii ingenii monumen-  
ta, mox aliorum libros in vernaculam conuerſos, vel ſaltem curatius ab operarum mendis  
expurgatos. Indicem tabellae finis exhibet. Penetrauit ex voto pie deſuncti claritas etiam  
ad externos. Lectam et approbatam a chriſtianiffima Galliarum Regina a ſe exaratam ver-  
ſionem germanicam *Historiae vniuerſalis*, quam gallico idiomate in vſum filiarum auguita-  
rum conſcripſit HARDIVNS vir illuſtris, laeto veroque nuntio cognouit. Honorificae et-  
iam adſciuit eſt in collegia Societatum literariarum, germanicarum Regiomontanae Ien-  
ſis et Altdorſinae, nec non Lipſienſis, quae a liberalibus artibus nomen ſibi ſumit. Parum igitur  
abſuit, quin lautioribus conditionibus, Zittauiae primum, dein Ratiſbonae oblati, noſtro  
gymnaſio eriperetur. Manſit tamen Altenburgi inter amicorum et fautorum amplexus.  
Quia filiis aliorum ſolicite educandis prudens materfamilias in conſortium adhibenda vi-  
debat, elegit thori vitaeque ſociam AVGVSTAM FRIEDERICAM SCHOL-  
BERIAM, tum virginem, nulli noſtratum corporis eximia venuſtate, morum elegantia et



et sanctissima cedentem, filiam viri amplissimi IOANNIS GEORGHII SCHOLBERI, Confiarii ducalis et Primicerii inter Scribas illustris Collegii, quod Principis aerarum curat. Matrimonium die 7. Octobr. A. MDCCLIII, deo auspice inuito, mira coniugum concordia et prole sex liberorum iucundissimum fuit. Superest ex his vnicum tantum filia, FRIEDERICA ELISABETH, puella omnes sexus sui virtutes in tenera adhuc aetate matris ad exemplum referens. Praecaturum mariti et patris obitum acerbis iustisque lachrymis deplorantibus, vt solatium subsidiumque clementissime deus impertiar, ex animo precor. Passae sunt illae tristissimam iacturam nupero die 29. Aprilis, quo RANISCHIVS, quem die 21. in schola doctorem febris acuta inuaserat, morbo per pectoris et pulmonum, assidua agitatione afflictiorum inflammationem acuto repugnantibus frustra diligentibus experientissimisque Medicis, PILLINGIO et celeberrimo illustrique VIEBEGIO, inter horam postmeridianam quartam et quintam placide obiit. Dedit vir beatus in lethali decubitu ad extremum vsque halitum plurima, eaque minime dubia documenta mentis de gratia dei per Christum parata securae, et in ipsius voluntate, fide ex voto diutius viuere sineret, siue mori iuberet, acquiescentis. Viderunt atque laudarunt hos animi sensus praeter me, qui aegrotanti sollicitus a se, summe reuerendus LOEBERSVS, quem in rebus sacris consultum habuit, et maxime reuerendus SCHMEISSERSVS, quorum inter adhortationes et preces animam deo reddidit. Vixit annos quadraginta sex, quos quinque, dies sex. Vixit autem ita, vt bonis omnibus triste sui desiderium, successibus autem, et omnibus in simili statione collocatis exemplum, quod imitentur, praeciarissimum reliquerit. Lunxit semper acerrimo literarum studio pietatis in deum minime fucatae assiduum amorem. In cultu diuino publicis in coeibus frequens, precum in schola quotidianarum sanctum officium singulari reuerentia expleuit. Maximo sibi gaudio duxit, arripere quamvis occasione, qua diuinae prouidentiae laudes extollere posset. Celebrabat has etiam memoriali dicto siue symbolo, verbis e Psalmo XL. 18. depromptis: *Sum equidem pauper et egens, sed dominus cogitat de me.* Honestae paupertatis, quam, bonacemissis fororae, adolefens tulerat, vsque memor, erga egenos, illos potissimum, qui rei familiaris angustias pertinaci diligentia vincere allaborarent, vltra quam facultates sinebant, liberalis fuit et munificus. Laboris supra modum non patiens tantum, sed et appetens. In explendis demandati muneris partibus adeo diligens, vt successuisse meminerim amico, die quodam mercurii, quo publicae scholae ferias habent, ad prandium inuitanti, quod priuatae aliquot institutionis horae negligenda forent. Minime mirum itaque fuit, quod tenue corpulicium inter perpetuum virum intentionem et continuas scholae molestias attritum, in ipso virilis aetatis robore vehementi morbo succubuit. Faciet procul dubio plurimum ad iustas suffectorum in locum RANISCHII virorum eruditorum laudes, quando parem illi in docendo instructum atque fidem, quod speramus, adhibebimus. *Quae M. CAMUEL DENHAMEN REICHEL, qui seruum ingenium, acre iudicium, et verberimam eruditionis politae copiam multis iam atque egregius speciminibus comprobauit, et nunc suo merito primus in Gymnasio nostro Professor renuntiatus est. Ominamur praecleara quaeuis de altero Professore, M. CHRISTIANO FRIEDERICO BOERNERO, Altenburgensi, quem vestigia amati a se et reuerenter semper habuit praeceptoris, RANISCHII, pressurum, et non impleturum modo, sed etiam superaturum esse eximiam sui expectationem, confidimus. Orationibus amborum inauguralibus: de eo, quod antiquitatis studium ad virtutem prudentiamque cum ciuilem tum domesticam facit: et de iis, quae Christiani tribus seculis prioribus de scholis ac re scholastica meruerunt, quibus ipse paucis praefabor: quantum sacrorum Reformationis scholae debeant. ipso Reformationis die festo post meridiem habendibus, vt benevoli et frequentes adesse velint rei nostrae literariae Patroni, Fautores et Cultores pro sua quemque dignitate decentibus formulis inuitamus. Altenburgi d. 24. Oct. A. C. MDCCLXVI.*

### INDEX LVCVBRATIONVM RANISCHII.

**D**e aucto domini potestatisque indice. Gratulatoria epistola Io. Christiani Langio, Consulatum Chemnicensem iterum inuenti A. MDCCLXXXVIII. nuncupata.

Schreiben von dem Nutzen der Bereitsamkeit bey dem Kranckenbette, Leipz. 1742.

Sendschreiben, daß die in Deutschland bekannte Gewohnheit auf alle Verstorbene eine Leichenrede zu halten nicht lächerlich sey.

Disputatio historico-critica de Lucae et Iosephi in morte Herodis Aegrippae consensu Lipsiae Praef. Io. Aug. Ernesti 1745.

Commentatio mythologica de suppliciis secleratorum aeternis. Altenburgi 1750.

Sendschreiben über das sarkatische Urtheil, daß glückliche und vergnügte Eben nicht allein von der menschlichen Klugheit, sondern vornehmlich von der göttlichen Vorsehung abhängen. Altenb. 1751.

von dem nützlichen Gebrauche der auserlesenen Historien zu den ersten Uebungen der Bereitsamkeit. Altenb. 1752.

Commentatio historica de Seruio Claudio, grammatico olim Romano, sui ipsius medico. Altenb. 1753.

Schriftmäßige Abhandlung von dem Dienste der Engel bey den Eberverbindungen der Frommen. Altenb. 1755.

Sendschreiben an Hrn. Super. Haymann zur Vorbereitung obiger Abhandlung. Altenb. 1754.

an Hn. Archidiacon. M. Güthing von dem frühlichen Tage des Sohnes Gottes, welchen Abraham sahe 1755.

Spuren der göttlichen Vorsehung bey dem verbundenen Raube der sächsischen Prinzen. Altenb. 1755.

Die besondere Geschichte der Reformation zu Altenburg bis zum ausspurgischen Frieden, in einer Jubelrede. 1755. Stehet in dem Denksmaale der altenburgischen Jubelfreude.

De die Iesu Christi, filii dei, ab Abrahamo viso Epistola ad D. Güthingium 1760.

Colas de la Treille Predigten aus dem Französischen übersetzt.

Hardouins geistliche und weltliche Geschichte aus dem Französischen übersetzt, 8 Theile.

Historischkritische Lebensbeschreibung Hansß Sassen



F. K. 65. 13

Z d  
4938

MEMORIAM  
VIRI NOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE  
PRAECLARISSIMI  
M. SALOMONIS RANISCHII

PROFESSORIS IN ILLVSTRI GYMNASIO FRIEDE-  
RICIANO ORDINE PRIMI  
SOCIETATVM LITERARIARVM GERMANICARVM REGIOMONTANAE IE-  
NENSIS ET ALTDORFINAE, NEC NON LIBERALIVM ARTIVM  
LIPSIENSIS SODALIS

DIE 29. APRILIS A. C. MDCCCLXVI.

BEATE DEFVNCTI

COMMENDATIVI  
ET AD AVDIENDAS BENEVOLE

VIRORVM NOBILISSIMORVM, AMPLISSIMORVM ATQVE  
PRAECLARISSIMORVM

IVELIS BENIAMIN  
REICHELII

ET

ISTIANI FRIEDERICI  
BOERNERI

TIONES INAVGVRALES

INVITAT

CASPAR REVCHLIN D.

GOTH. ET ALTENBURG. CONSIL. CONSISTOR. ET  
SVPERINTENDENS GENERALIS.



BIBLIOTHECA  
PONSCHAVIANA

ALTENBURGI,

MPRESSIS LITERIS RICHTERIIIS.

